

1093

13

Sancho Ramírez otorga al monasterio de Santa Cruz de la Serós cuatrocientos sueldos anuales.

ABJ, copia siglo XII [B].

AHN, Serós, carp. 785, nº. 16, copia siglo XIII [C].

[Crismón] In Dei nomine. Ego Sancius, gratia Dei Aragonensis et Pampilonensium rex, compunctus timore pariter et amorem Dei, ob remedium anime mee et patris mei et matris mee et avorum meorum et filiorum seu parentum meorum et uxoris mee Filicis, et in die tremendi iudicii, cum electis Dei mereamur audire illam dulcissimam vocem filii Dei, dicentis: "Venite, benedicti Patris mei, percipere regnum quod vobis paratum est ab origine mundi; quia esurivi, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; ospes eram et collegistis me; nudus, et operuistis me" [Matth. 25, 34]. Propter hoc ego Sancius rex, sicut Dominus mihi et omnibus eius precepta servantibus, precepit in Evangelio dicens: "Treasurizate vobis thesauros in celo" [Matth. 6, 20], ita ego mihi metipso facio thesaurum in celo et offero in gazophilacio Dei quod possum, ut sit anime mee et omnium parentum meorum peccatorum remedium. Igitur dono et confirmo ad Sanctam Mariam de Sancta Cruce et sororibus ibi Deo famulantibus CCCC solidos de illa mea moneta de Iacha, propter quod modo in presenti non possum reddere Deo et beatissime virginis Marie illas villas quas predecessores mei et pater meus acceperunt et vim tulerunt Sancte Marie et ancillis Dei. Tamen precipio et rogo posteritati mee ut quando Deus ampliaverit eis regnum, quod in Deo meo et ideo esse facturum, reddant Sancte Marie illas villas que sunt scriptas in cedibus, pro anime mee et Filicie uxoris mee, et pro animabus omnium parentum meorum. Et istos CCCC solidos ideo do, re habeam partem tam ego quam uxor mea Filicia et filii in orationibus ancillarum Dei, et ut intercedant pro me Sancta Dei genitrix, ad victum et vestitum ancillarum Dei, utabeant in perpetuum proamina mea et patris mei et matris mee et filiorum et omnium parentum meorum. Precipio enim filiis meis ut ille qui regnum meo loco tenuerit simi-

32

liter donet eos omni anno pro anima mea et uxorum et filiorum meorum, sicut ego do eas omni anno pro animabus parentum meorum. Et nullus habeat potestate violandi aut dimitendi istud meum privilegium, set pocius confirmet et corroboret in perpetuum.

Signum [signo] Sancii.

Facta donationis carta era M^o. C^o. XXX^o. I^o., regnante rege Ildefonso in Toletto, me gratia Dei in Aragone et in Pampilona, Pedro filio meo in Suprarbi et in Ripacuria et in Montson, episcopus Petrus in Oscha, alias episcopus Petrus in Pampilona, Raimundus Dalmatius episcopus in Rota, [lac.] abbas in Sancto Iohanne, Raimundus abbas in Legario.